

PROPRIO DE LA MISA

SAN POLICARPO

Obispo y mártir

26 de Enero - Fiesta clase 3.^a - Rojo

Daniel 3.84,87,57 INTROITO

SACERDOTES Dei, benedicite Dominum: sancti et humiles corde, laudate Deum. *Ps.* Benedicite, omnia opera Domini Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula. *V.* Gloria Patri.

Sacerdotes de Dios, bendecid Sal Señor; santos y humildes de corazón, bendecid al Señor. Salmo. Obras del Señor, bendecid todas al Señor; alabadle y engrandecedle por siempre. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui nos beati Polycarpi Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

¡Oh Dios!, que cada año nos alegras con la solemnidad del santo obispo y mártir Policarpo, concédenos propicio gozar de la protección de aquél cuya entrada en el cielo celebramos. Por nuestro Señor Jesucristo.

Juan 3.10-16 EPÍSTOLA

CARISSIMI: Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum: quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant: fratris autem ejus, justa. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere.

Carisimos: Todo el que no practia la justicia y el que no ama a su hermano, no es de Dios; porque ésta es la doctrina que aprendisteis desde el principio: que os améis unos a otros. No seamos como Cain, el cual era del maligno, y mató a su hermano. ¿Y por qué lo mató? Porque sus obras eran malas, y las de su hermano, buenas. No os extrañéis, hermanos, si el mundo os odia. Nosotros sabemos que hemos pasado de la muerte a la vida, porque amamos a nuestros hermanos. El que no ama, permanece en la muerte. Todo el que odia a su hermano, es homicida. Y ya sabéis que ningún homicida tien en sí mismo la vida eterna. En esto hemos conocido la caridad de Dios, en que dio su vida por nosotros; y así, nosotros debemos dar la vida por nuestros hermanos.

Salmo 8.6-7

GRADUAL

GLORIA et honore coronasti eum. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

Le has coronado de gloria y de esplendor. *V̄*. Le has constituido sobre las obras de tus manos, Señor.

ALELUYA

ALLELUIA, alleluia. Hic est sacerdos, quem coronavit Dominus. Alleluia.

Aleluya, aleluya. *V̄*. Éste es el sacerdote a quien el Señor ha coronado. Aleluya.

Después de la Septuagésima, en vez del aleluya, el tracto:

Salmo 111: 1-3

TRACTO

BEATUS vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. *V̄*. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. *V̄*. Gloria et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Dichoso el hombre que teme al Señor y se deleita en sus mandatos. *V̄*. Poderosa será en la tierra su prole; la raza de los justos será bendita. *V̄*. Opulencia y riqueza habrá en su casa, y su justicia perdura por siempre.

Mateo 10.26-32

EVANGELIO

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil enim est opertum, quod non revelabitur: et occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeret asse veneunt? et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos: Nada hay encubierto que no se descubra; ni oculto que no se dé a conocer. Lo que os digo en la oscuridad, decidlo a la luz del día; y lo que ois al oído, proclamadlo desde los terrados. No temais a los que matan al cuerpo y no pueden matar al alma; temed mas bien al que puede arruinar alma y cuerpo en la gehena ¿No se venden acaso dos pájaros por un as, y ni uno de ellos caerá en tierra sin que lo disponga vuestro Padre? En cuanto a vosotros, hasta los cabellos de vuestra cabeza están todos contados. No temáis, pues: más valéis vosotros que muchos pájaros. A todo el que me reconozca ante los hombres, también le reconoceré yo ante mi Padre, que está en los cielos.

Salmo 88.21-22

OFERTORIO

INVENI David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

He hallado a David, mi siervo; lo he unguado con mi óleo sagrado; mi mano le protegerá y le fortalecerá mi brazo.

SECRETA

MUNERA tibi, Domine, dicata sanctifica: et, intercedente beato Polycarpo Martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Santifica, Señor, estos dones que te ofrecemos; y por su medio, atiéndenos benignamente por intercesión de tu santo obispo y mártir Policarpo. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

Salmo 20.4

POSUISTI, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso.

COMUNIÓN

Has puesto, Señor, sobre su cabeza una corona de piedras preciosas.

POSCOMUNIÓN

REFECTI participatione muneris sacri, quæsumus, Domine Deus noster: ut, cujus exsequimur cultum, intercedente beato Polycarpis Martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum.

Rehechos con la participación del don sagrado, te suplicamos, Señor Dios nuestro, que, por la intercesión de tu santo obispo y mártir Policarpo, experimentemos el fruto del sacrificio que celebramos. Por nuestro Señor.